



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Deus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

vera, sed solum audiuisse, nec interueniat aliquid aliud, quod esset iusta causa credendi, ut auctoritas personæ, & additio aliquorum quæ rem certiorem facerent, &c. non est mortale. num. 36.

*Qui audit mortaliter detrahentem af-* P  
sentiendo, vel non resistendo, cùm id facere deberet, peccat mort. maximè si est Superior iudex, parens, aut magister, qui resistere tenentur. Aut si aduertit ex eo, magnum dicenti, & alteri euenturum malum, aut damnum ultra infamiam, & quod contradicendo vitare poterat. Item quando fama eius, cui detrahitur, notabiliter læditur. cap. 18. num. 37.

*Qui verò audit, nec præbendo causam,*  
nec impediendo, se delectans, tantum peccat ceteris paribus, quantum qui detrahit. Qui autem audit sine delectatione, licet non contradicat propter verecundiam, non peccat mort. nisi in tribus casibus proximè dictis, ut scilicet si sit Superior, si aduertat magnum damnum ultra infamiam euenturum dicenti, vel alteri, si fama eius cui detrahitur, læditur notabiliter. Ibidem.

D E v s. Rudes credentes Deum esse corporeum, & Patrem esse antiquorem Filio, regulariter excusantur à pertinacia & culpa. Præl. 1. num. 10. §. 3. in Nou. num. 15.

D I F F A